

Inter-
lio.
Ubi mi-
seria ac-
cedat mi-
seria-
gardia.

Interlinealis: Reman-
fuerit misericordia. Misericordia. Iesus.
Misericordia ubi dicitur. Mulier. Mulier cum crimi-
mine deprecabatur iustitiam: Huiusmodi lapi-
dare. Iesus scribens invitabat ad gratiam: Nec ego te condemnabo. Lactus difficilis, ubi
interfuit & leges iuris, & iura pietatis: sed
summus iudex, ut erudiantur qui iudicant
terram; in sententia gratiam conciliavit &
iustitiam. Culpa respiciebat iudicem: ac la-
chrymæ salvatorem. Si iudex damnabat, de-
ficebat a pietate: si salvator indulgebat,
aberrabat a lege. Si impune abibat, to a
causa devolvebatur ad gratiam: si penas
luebat, vergebat in disstrictiorem iustitiam.
Stabat causa inter laxum rigoris, & factum
benignissimæ pietatis: at ne quid nimis; iux-
ta legem prius damnat, & postmodum
etiam iuxta legem liberat: quippequam lege
iustitiæ respiciebat adulteram, & lege gratiæ
conturbatur adulteræ penitentiam, amilla
libere in pace, æqualitate iusti iæ.

Quo pa-
to in
eadem
causa
gratia
& iusti-
tia.

V. 6. &
8.
August.

Car-
thul.

Quanta
duritia
cordis
humani!

Deus re-
vocat
senten-
tiam,
ubi be-
ne po-
nitur
revo-
cat
culpam.

Pro pe-
na cri-
minis
trans-
gressi
datur
servata
conscien-
tia.

ex collatione legum manat liquidè in tribu-
nali iudicium) terror libertatis sententiæ;
quoniam si lege prima ius fuit, damnare no-
centem; secunda lege, liberare insonem.
Liberare, ut constaret, quod iustitia erat
actus rationis, & nequaquam voluntatis, ad
arbitrium iudicis. Liberare, commutando
penam, ne relinqueret gratia fastidium ius-
titiæ; & salva viveret iuxta legem in pace,
proculcatis libidine, & occasione, memor
periculi; quandoquidem ut ait Claudianus
lib. 2. in Eutrop. v. 50.

Omne futurum
Despicitur, suadentque brevem presentia
fructum,
Et vitæ veritum damni securæ libido.

Clau-
dian.

DIDASCALIA IX.

Quam cæcus inest vitij amor!

IN propudium ambitionis cecinit
Claudianus ubi dudum. Heu,
quales iste distandi in actus dissimulata, qua
sua ulata quies! Patet in pectore, Quanta
fuga quietis & somni! Hoc est negotium
quod perambulat in tenebris mentis, & vi-
gilantia cordis. Ambitio subtile malum, vi-
rius secretum, latens pestis, artifex fraudis,
mater hypocrisis, tinea virtutis, lepra san-
ctitatis, radix livoris, vitiorum origo, san-
guinis ærgo, criminum fomes, vulnereum
parens, fovens morbos ex remedijs, ac de-
sperationem ex præstantia medicaminis.
Ideo Stephanus Forcatulus in Cupidine la-
risperito, Amorem oculis um expressit, fa-
scia, virta, hiamineque nudavit: quippe
apertis oculis tunc minus ille videt. Ad quid
tanta moles? Ut te posse parent? Dixit Se-
neca in Hercule, Octavo Act. 2. v. 637.

Clau-
dian.

Quanta
in ambi-
tione
malæ

Forcat.

Calceat ut omnes
Perdatque aliquos, nullumque levat.
Tantum ut noceat, cupit esse potens.
Nec tibi regnandi veniat tan dira cupido,
ubi inest vitij tam cæcus amor.

Seneca.

Quantum inest, ex proposito, & con-
tuitu ambitionis exponendum, ut ambi-
tiosi respiciant ex perillenia laborum. Sunt
igitur animi, qui habent laborem in quiete,
qui lassantur nimis sine labore; quos extra
se nonnancquam habent inanes cogitatio-
nes, trahentes & retrahentes, reverentes
& euntes; minime contemplantes quid ra-
tio dicet, sed quid volens affectet, qua
propositum descendunt pro aris & focis, ni-
hil indignum vel in indignitate reputantes
indulgentes criminibus, parentes legibus,

Inge-
nium
ambitio-
nis.

arte, doloque, non iure, sed iuris specie,
Machiavellica politice; modo omnia conspici-
rent in ambitum, & ambitus dirigitur ad
theonum: ubi meritum celsitudinis, &

Clau-
d.

Per varios movisse fales.
Dicit ubi supr. Claudian. v. 335. sed aptius
Bernardus lib. 3. de Considerat. ad Eugen.
cap. 1. & de Conversione ad Clericos cap. 22.
O ambitio ambientium crux! Quomodo om-
nes torquens, omnibus places? Nilil acerbius
cruciat, nil molestius inquietat: sed propter
ambitionem paratos eos videas, unversa
pericula subire, sustinere scandala, susti-
nere odia, dissimulare opprobria, negligere
maledicta, ubi non minus perniciosa animo-
sitas, quam pusillanimitas. Videris etiam su-
per Plalm. Qui Habitat. Serm. 6. & lib. 4.
de Conf. cap. 4.

Ambitio
ambitio-
crux.

Bernar.

3. Alituit Bernardi cogitationem S.
Pater Benedictus Regal. Sancti. cap. 64. ubi
in electione Prælati notat: Prohibent præ-
vorum prævalere consensum: scientes pro
hoc se recepturos mercedem bonam, si illud
castè, & zelo Dei faciant. Ad quid ergo
zelus Dei subditur cum calitate intentionis,
ubi præsupponitur obsecrum electioni
pravitatis? Quia sepe si deturpatur intentio,
titulo zeli Dei electio nocitur; igitur extra
zelus, sed intuitus electionis magis pravus.
Ille suffragatur impio, ut liberius degat; &
ille refragatur, ut sibi consulat: quando-
quidem & pereant sui, & nequit esse succes-
sor dignitatis, si pravo favent suffragia pra-
va electionis. Unde querentes zelum Dei in
resistentia & animum calum, inveniunt ma-
gis ambitione corruptum. O curas hominum!
Invehitur in ambitionem ambitio, & utra-
que fraudatur ab oprato desiderio: etenim
eligens florent spe inciniorem familiarem;
post, suspenditur, quia constituit inimicum
& utorem. Cecinit etiam Profanus de Eutro-
pion ubi supr. v. 58.

S. Be-
ned.

Titulo
zeli Dei
tegitur,
& prote-
gitur.

Clau-
d.

Postquam pulsisque bonis, & face retenti a
Peiores legit focios, dignosque sodales,
Regnantique palam flagrant aperta libido;
Ruit, & ab ipsis, quos honoribus fecit in-
signes, pulsas est extra limen honoris, & in-
tra theonum averis infelicitatis. Quam cæ-
cus inest vitij huiusmodi amor, imò amen-
tia! Propter suos, etiam obliviscitur sua.
Cogitavit in solum & pulvere erectos, gra-
tos; & invenit adversos. Cogitavit in indi-
gnis electis firmiorem fidem, & offendit di-
gnatorum elationem. Cogitavit politica
agendi ratione, quæ in fulcrum solij cogno-
vit, & nihil nactum ex cunctis quæ cogita-
vit. Secum petulans amentia, certat, in

Quinque
sibi struit

odium implacabile dilectione mutata. Quid
aliud ex face recenta poterat evenire? Quid
ex peiorum turpius turpiore electione? Ex
tanta mole, cogitationum ruina nihil reman-
sit nisi penitentia.

Gen. I
26.

Cap. 23
7.

Cap. 62
76.

4. Faciamus hominem, & prestet pisci-
bus maris, volatilibus caeli, & bestijs. Tri-
plici dignitate honorandus, quem facie-
mus, homo primus: & Formavit Deus homi-
nem. Mirum quod esset homo, quem for-
mavit e limo. Nunc verò petrusus commi-
natur: Delebo hominem, quem creavi. Pen-
itet enim me fecisse eum. Quid Domine?
Quia Rex profanus fecit statuam auream,
adoratione dedicavit, tantum quia fecit;
igitur hand cultu auctoris satisfacit pectus,
nisi adoratio extendatur ad opus. Tanta ne
te nostri ceperunt tædia mundi? Operis non
inest amor? Operis ingrati dolor. Næpne
creasti? Quia creavi, delebo. Præcogitavi
opus hominem, & opere non est homo; quia
cessit male, quem crexi de pulvere. Creavit:
ex indisposito subiecto factus est homo,
quam a terra delebo, quia pœnitit me fe-
cisse: & meditantur dicitur Auctor, Tactus
cordis inimo Dolore; quoniam opus ex in-
disposito subiecto, nonnumquam cordis fe-
quitur penitentia. Indispositum subiectum
est indignum: & indigne respondet Auctori,
quia de nihilo creavi. Pœnitit me fecisse:
etenim quem cogitavi dignitate, ac numeris
bus amicum, expertus sum mihi omnino &
legibus advertariam. Hæc in Deo pathetica,
reapse inter homines frequentiora.

Verl. 62

Opus in-
digni cul-
mini
nunquam
respondet
expecta-
tionis au-
toris.

5. Non facietis vobis idolum, & scul-
ptile, nec titulus erigetur, nec insigne lapi-
dem panetis in terra vestra, ut adoretis eum.
Cuncta brevi lustranda, quippe maiora vo-
cant. Conformantur homines decreto, ob
fidei Catholica colum, ceterum in civili-
bus, etiam sacrilegium, ab alicis plautum;
quoniam inter amicos hand habet gloriam,
qui non habuerit in homine ficto vanitatis
statuam. Nunquam erigendum idolum, cum
homo elevatur in dignitatis fastigium: et-
enim non est potestatis absolutissimæ gloria,
quod homine tantum elevetur figura. Non
sculptile, quia cum capite etiam truncus ex
truncato. Perpolitur, ut appareat homo-
aptatur, dolatur, levigatur, ut elevetur.
Improbis utique labor: quandoquidem li-
cet clamet afflictus, non curvatur in misc-
riam; sed manet erectus, quia erigitur truncus.

Levite
26. 1.

Lubrica
electio,
ubi ho-
minius
pe-
ter figu-
ra, &
non ho-
mo.

6. Idolum, vel sculptile non facietis vo-
bis. Ad quid Vobis, si crimen est facere? Ne
stupidè in idolo cogitentur maius crimen.
Quam cæcè inest vitij amor! Erigere pro
Deo

Deo scalpille, crimen est: verum *Vobis* erigere, amplior voluntatis delectatio, quam in idolo; quia momentum insititque omnes trutinat sensum & aqua lance: fraudque fiet tribunal in necessaria hominum conversatione; si sibi fabricantia idolum, sibi pro Deo quarent, & alium alijs in causa desiderarent. Vernacule: *Es detestacion, quoyer un Dios para ti, y otro para los demas.* Non facietis *Vobis*. Perstringitur in istiusmodi decreto, ambitio pompa sollicitudo. Propositum ambitiosi, dum facti, tantum est facere sibi: frustrabitur in idolis voluptatis conceptum vorum, ubi debitum intenditur ab operibus studium. Non vobis facietis, dum vobis facietis; quia non habebitis vobis: igitur cum adipisci perventur dignitatem, recalcitrabunt in ipsum benedictorem.

7 *Nec titulos erigitis.* Ratio exhibetur ne idola voluntatis erigantur ad honores. Eriguntur ad titulos, dum elevantur ad thronos, ubi stant ad instar pilæ vesfatilis vel peltata in iocum imaginis hominis. Vulgo dicimus: *Esplaforno*, & apposite dicitur: liquidum in culmine fastigato. Structarum dignitatum, nil amplius effulgurat nisi bractea titulorum. Nomina magna, sine substantia nominis, & dignitas sine meritis. Unde dum concipit ratio iuxta adaequationem munerum & meritorum hominem insigne, prudentem, literatum; fallitur, non videns neque insigne, neque hominem, sed hominis figuram, vel peltatam, in quo dignitas (cum totum dignitatis sit) est titulus sine re.

8 *Nec insigne lapidem ponetis in terra vestra.* Huiusmodi prurigo Ecclesiasticorum est. Quapropter Bernardus Sermon 6. Super Psalm. Qui habitat. num. 7. Non salus (ait) animarum, sed luxus quaritur divitiarum. Pro Episcopatus, Archidiaconatus, Abbatibus, aliisque dignitatibus impudenter hodie decernitur, ut Ecclesiarum redditus in superfluitatis & vanitatis usus dissipentur.

In obsequium ambitionis vocant nomina sua in terris suis: igitur malunt in terra propria ponere lapidem; quam intendere in nudum pauperem, divitiarum creditorem. Non ponatis insigne lapidem in terra vestra, quippe tempore etiam moriuntur sepulchra. Nomina iustorum scribuntur in caelis: & minime insigne vestri celebrabitur titulus, sed elemosynis. Filij lapides vivi, qui pauperes, in templum constituentur & construunt. Aptius lapides vivi clamabant. Ecclesiarum redditus non sit adinstar Absalomini manus, quia ibi manus, ubi titulus.

9 Non motemur in transeursu. *Nec insigne lapidem.* Ecce fabula Deucalionis.

De quo Ovid. lib. 1. Fabul. 6. Iuvenal. Satyr. 1. vers. 83. Virgil. Georg. lib. 1. vers. 62. & Lucretius lib. 5. vers. 923. ubi.

Et genus humanum multo fuit illud in arvis Durius, ut decuit, tellus quod dura creasset.

Habet enim fabula pifca locum, indignaque electi iudicia perhibent, qua sunt origine nati. Invenit, ac fractis viribus sublevarit in altum lapis innato pondere, quippe pignant grave & leve: & ad titulum lapidis (dicas titulum crucis) quantumvis humeros curvet, auctor humeros supponit, & rumpit viscera, ne rumpatur statua. *Nec lapidem insigne.*

Insigne lapidis ponderositas est: etenim eo graviores, quo insigniores: & homines allucinati lumine honoris & auctoritatis, qui portat, ut elevet lapidem, vocant insigne. Miseri & infelices lapides non erigendi, sed proculcandi. Thronus extat gravatus, si in illo lapis insignis stat. Erebus vel ipse invitatus, dum ex lapide homo fit. Dignitas pandata queritur, & dignatus in illa quotidie gravior auctorque dum indignum sollicitat ad thronum, sui ipsius & electi stimulat precipitum. O ambitio cervicoid! Deus tantam potest ex lapidibus filios Abraham facitare.

10 Hoc malum grande, praeter originem ab auctorem ambitione (qui voluit nocere futura tempora, qua Paer caelestis posuit in sua potestate) haud aliam habet causam; nisi indignorum petulantem impudentiam, qua (& considerantes sine dignitate non esse, & illa truncum, ut Aristotelem plaudat, quoniam saepe auditur vox: *Ecce plusquam Salomon hic*) aperta fronte, & petrida honores ambiunt, merita plodunt, secum semet ipsos meriuntur; quia suadet fatuitas, nil esse, cui conferantur. Quadat sententia Persij Satyr. 1. v. 141.

Qui in crepidas Graiorum ludere gessit Sordidus, & lupo qui possit dicere luse, Sese aliquem credens.

Illis videtur, ascendendo scandere, sed prudentibus currere; quoniam pro testimonio inconsculto meritorum, ascensionem exhibent dignitatum. Falluntur sane, & miserè: quandoquidem si elevatur proprio iudicio tanquam homines magni, alieno videtur (si videntur) homunculi.

11 Describitur per Ezechielem Tyri civitatis pulchritudo, cum armato milite, tum forti phalange, nec labili alicubi muro, sed inexpugnabili propugnaculo, cum per illius gyrum arma iustitia suspenderent, & custodes pectus mania decorarent. Inter illos pygmaei quoque militiae dederunt nomen; ut una completeret civitatis pulchritudinem. Sic itaque Vates inclitus: *Pygmaei qui erant in tur-*

Lucretius

Electio indigni gravante auctori.

Et sibi, & digni, tati.

Origo ambitio- nis aude

Persia

Indignu- mura, muneru.

Ex ch. 27. 11.

turibus suis, ipsi compleverunt pulchritudinem tuam. Si Pygmaei omni desiderantur notitia, adesset Augustinus. lib. 16. de *Civitate Dei* cap. 8. Vives ibi. Nicophorum Callitum lib. 12. cap. 37. Albertum Magni. lib. 1. de *Animali*. Atque eum lib. 9. cap. 13. Olam Magni lib. 2. cap. 11. Aul. Gellium lib. 9. cap. 4. Noct. Attice. Aristotelem lib. 8. de *Historia*. Animal. cap. 12. Ulysiem Aldrovandum de *Monstris* lib. 20. cap. 5. Fortunium Licetum, & Georg. Schenkium etiam libell. de *Monstris*. Cardanum lib. 11. de *Subtilitate*. & lib. 8. de *Varietate*. cap. 40. Plinium & eius Commentatores lib. 7. cap. 2. & denique Artimanon Schedel in *Mund. Chronica*. at. 2. Ex Poetis, huius agnoscimus primipulum, & huiusmodi statura (nisi fallat architectum, Homerum *Iliad*. 3. v. 6. Ioan. Spondan. hic. Ovid. lib. 6. *Pastor*. Senec. in *Oedipi Act*. 3. v. 605. Statium lib. 1. *Sylvarum*. de *Saturnali*. v. 63. Martial. lib. 1. *Epiogram*. 44. Juvenal. *Satyr*. 13. v. 168. & Claudian. de *Bell. Gildonio* v. 475. E. Sacris, Abulensem. Villalpand. Sanctium, Hugonem, Lyram & Alapide hic.

12 Hi, qui vocantur Pygmaei, nequaquam homines cubitales erant, sed stature proceræ, ut dicit Hieronymus hic, alijque Expositores, ut Sanctius & Alapide ex Carolo Paschalo de *Coronis* lib. 6. cap. 24. Unde Septuag. legunt *Medos*: alij *Cushodas*: alij *Luchastores* & insigni virtute pugiles, quos olim Lanistas vocabant. Modò igitur discutendum hoc ostendit, Cur gigantum proceritas ita minuitur in voce, ut homines magni etiam in turribus demonstrantur ut Pygmaei? Pro distantia obiectorum cogitat late Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* & in civilibus arbitror clariorum causam, vel fortuna patrociniis prorsus indignam. In ascensu ad sublimis dignitates pro delicijs habentur huiusmodi transmutationes. Floret metamorphoseon ambitionis vesfatilis scena, qua indigni ascendunt ad culmina per indigna. Gigantes qui videbantur dotibus, ubi privi, publico munere deridentur ut Pygmaei. Ut Pygmaei aiores? Ita. In altum sic ascendentes tollebantur, ut minime viderentur. Unde quò magis ascendebant, eo proceritatem extollentes attenuabant; quoniam digito cunctis monstrabantur pumiliones, qui priusquam turres ascenderent, cogitabantur gigantes.

Scena ambitio- nis.

Non respondent sate vel digni pabula ex pectatio- nis.

13

Magni, inter stature brevis morita, estimabantur ascendentes in turrim cacumina; & etiam cogitabant fore maiores, si vita comite, imò socia dignitate, uti magni, cum illa collocaretur in magnis. Evanuit expectatio, quoniam in suscitatis præceptis fole-

Tom. II. Taut.

lit electio: equidem qui colebantur tanquam homines insignes, in muneris turre ridebantur cubitales. Electio non conferre merita indigno: at ut liqueat in electionibus voluntatis suis agantium affectio; apparent homunculi ascendentes in thronum, qui iudicabantur, alijs prætare ab humero & sursum. Desectere quimus, quod faceret dixit Valer. Martialis. lib. 14. *Epiogram*. 212.

Si solum spectes hominis caput, Heclorea credes:

Si stantem videas Assyanae pater. Atyanax filius Heclorea, qui pupus è turre deiectus est. Haud aliter plurimi magni habentur, ubi iacent. Raro prudentium expectationi respondent. Hinc indignos humiliantes, cum magnos expectaveris, stantes in cacumine videris, non videbis.

14 In turribus Pygmaei. Turris propter singularem elevationem denotat dignitatem; ubi observant PP. & Expositores ad illud Cantic. 4. 4. *Sicut turris David collum tuum.* Vide Ghisletium & Sherlogum hic. In dignitate eminentia videtur Pygmaei, qui magni. Quid erunt Pygmaei? In altitudine altitudo decrevit. In magnitudine proceritas magnitudinem minuit? Sanequam. Haud magnum constituit hominem munia, magna Minorantur, dum tolluntur demerita. Luna, cum Sol elevatione sit maior, elevatione sit minor. Videtur itaque magnitudo, qua præstant merita, cum essent duo *Luminaria magna*. Non secus interdem in comitijs ajuventur, maxime si affectus cum socia ambitione elegerit igitur experientia docet, nec credi prudenter exigua, cui videbantur posse committi regna. Hispan. *Los que parician para mucho, en la torre del puelio son para poco.* Sine dotibus consortibus dignitatum, obtinuerunt culminis dignitatem; sed indigni, vel gigantes negry quidem. Clarius venacule. *Los que eran de gigante estatura, elevados paxen poca cosa.*

15 Præterea. Ut ars suppleat, quicquid proportionis subtrahit oculis meditata equitias ultra symmetriam ab artificibus consultò fabricatur statuoerentim tunc congruè cadit, dum mensuram connatalem excedit. Proin quicquid stature vulgaris in superioribus colebatur statua, proculdubio oculis obijceret pro imaginibus pupulas: imò ni essent proceræ corpulentie, topitem sanè ministraret risu; quoniam quæ magnæ videbantur infra; essent profecto invisibiles supra. Pariter in assumptione dignitatum merita excedere debent, ut meditata altitudinè respondeant: etenim si superent, non adæquant. In huiusmodi excessu facta vera ma-

Qui in duobus tur bantur in signe, in dignitate nec apparet homines.

Val Mart.

Altitudo indigni de- primis, non extol lit.

Gen. 26.

Videntur & non videntur.

Ni merito dignitati præ- stent, non respon- dent.

gnitudo; quoniam æquè, quicquid magnitudinis extollitur, tollitur: igitur elevatione, quod non excedit, ab spectantibus magnitudini furripitur. Quapropter iacent in superioribus deicidit huncunculi, qui infra oggrassabantur proceritate famosi.

16 Ultra. Gigas præclaris meritis est homo magnus. Nanus, etiam dotibus brevis, non est homo: igitur flans super terram dignissimè iacet, quasi vivens in terra non esset super. Quomodo præstabit super muneris grallas dotibus, ac meritis nani, ubi eminentes gigantes explorantur ut Pygmaei? Quid erunt, qui nonquam sunt? Quid homines tibi vilitati; ubi nihil, vel quasi nihilum homines? Hinc pro Pygmaei, aliqui legunt Pythici, seu Pythici. Heribertus: *Species Simiarum*. Cornelius Alapide hic: *Simia ergo fuerunt, non homines*. Proh dolor! Prolubium frustrantium patet propodium: igitur pudet adire homines, quos ratio cogitat gigantes meritorum instrumentis, & offendere gestu & vultu philosophos simias, infusis dignitatis ignominiose larvatas, quæ magis ornantur ritu, quam iusta venerationi. Fodiat huiusmodi visione & ambitio Pygmaeorum, & propositum capionum clientium: quandoquidem nimio affectu, & cerebro deliro, simias iudicant homines & de genere giganteo, collocantes in dignitate fastigio. Unde egredientes ut insultos videant, & sibi de electione prudentissima complacent; vident (vel non vident) nanos, & in cacumine mirantur inclytos cerco-pithecos.

17 Qui gigantes, in turribus apparent Pygmaei. Huiusmodi stature differentia exprimit dotes electorum ad munera. Verum quo pacto sui expectationem non expleverunt in munerè; & qua causa qui gigantes, ubi maiores futuri, designantur ut Pygmaei? Exprimam & cum dolore, igitur video dignitates gravari. Quasi illustrati omnia & electa luminaria magna, officiorum publicum obtinent artificiosè cacumina: & ubi qui gigantes, in turribus cubitales describuntur; ibi merita iurè & demerita notantur: cui enim in exercitio patet, quanti momenti sint dotes, quantæ magnitudinis, splendoris, ac speciositatis pro decore mulieris; dignus permanet ut Sol, dum ad cacumina assumitur, & indignus quasi Luna in assumptione mutatur.

18 Causa suppetit intento Didascaliz. Quandiù iuxta muros gigantes hæterunt, hæterunt gigantes. Illorum corporis magnitudo muris præstabat. Consule Expositores in Deuteron. 3. 11. *Solus Og respice-*

rat de stirpe gigantum. Et in Iosue 14. 15. *Adam maximus ibi inter Enacim situs*. Augustinum de Civit. Dei lib. 3. cap. 4. Maiolum Tom. 1. Colloq. 2. & Ravium Textor. in *Offitio*. lib. 2. cap. 42. Ascendere anbie-runt, ut maiores apparent, in turres; & il-lotunc viti non fuerunt gigantes; igitur cum non responderet magnitudini turrium, vasta licet magnitudo corporum; quò magis mutatione loci ascenderant, tantò proceritatem imprudenter extenuaverant.

19 Elevatio turrium, adhuc in gigantibus protegentibus civitatem, grandior em exigebat magnitudinem. Ascenderant in turres, & evanescunt gigantes, tãdi homunculi in fastigio; quippe non erat proportio. Magni iudicantur homines, si ambulaverint in magnis; & claret diminutio, quæ videbatur ambientibus elevato; quoniam tantà magnitudine turris, etiam gigantes evanescent ad oculos. Si ascendant superius, eò minus. Iceirò dum crescere intendunt dignitatis magnitudinè, ex elevatione nanciscuntur nec videri. Si iuxta staturam meritorum, culmina appetere dignitatum; dotes iuxta staturam eminent, & dignitates ipsi splendore gigantibus, non præstarent: verum cum ascendissent ultra quod non oportebat ascendere; ambientur anxie altitudine minui. Viti sunt pumiliones, qui erant gigantes; quippe quam ad tante dignitatis fastigiosa culmina, staturæ brevioris clarebant merita. Hinc liquet honore non invari, quos ultra merita decorat honos; igitur in turribus sunt Pygmaei, qui gigantes iuxta muros. Videntur infra, quæ supra. Videtur qui gigas, nanus. Si ex æquo meritis responderet munus, vel merita dignitatis præstarent; ipsi gigantes in folio, & minime dignitates apparent.

20 Tandem aliquibus placuit, hos non fuisse propugnatores, nec homines; sed itatuas stramineas, larvas, simulachra pannosa, passerum formidines, seu hominum terriculamenta (quo intelligit illud David Psalm. 88. 41. *Posuisti firmamentum eius formidinem*. Idem, Larvam hominis: quod Hispanicè, dicimus *Paparasolla, coco, espan-tajo*, de quo Nos aliqua differuimus Tom. 1. *Tautolog. 3. Didasc. 6.* num. 14.) Perinde Doctissimus Sanctius & Alapide inquirunt: *Larvas hominum non ad urbis tutelam, sed ad irrisionem*. Describitur dedecus ambitionis in splendore altioris meritis culminis: igitur si instrumentorum commendabilium, & effulgantium dignitatum non datur proportio; dignitas non honori, sed ludibrio. Si mutuo dignitas, & dignatus hono-

Homines vastissimi mo corpore.

Quo maiore, & minores indigni.

Dedecus vel dignitates, aliorum peccata.

Ut rutillet electus, minus minus sit muniti.

Sanctius & Alapide.

Heribert. Alapide. Indigni videntur indignitate.

Sunt infimata simia.

Mala merita, quæ ambitio elavit, exercitium in dignitate detegit.

Indignos in dignitate deseruit irrisio.

Ovid. Quanta enim annexæ dignitates.

Senec.

Senec.

Per fastidit intolerabile.

Ovid.

rantur; at cum reciproco splendore susolluntur: si fingi dissident merita & culmina; nequaquam intulæ conferantur in utriusque maiestatem, sed in electorum, asque ambientium irrisionem. Nonne dignum solutissimo risu concuti in folio sumam; hominis larvam, ac stativam stramineam? Suggestatur ergo pro medicamine icis ambitionis diptade, atque laborantibus officiorum hydropsi, quod Apollo expertus dixit litienci dignitatem Phaetonii. *Magna petis Phæto, & quæ non viribus istis Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis. Natæ excedit resque sunt, tuas corrige vota.* — *Utinamque oculos in pectore posses Inserere, & patrias intus deprehendere curas! Non bonus es: peccam Phaeton pro munere potes.* Ita ex Ovidio lib. 2. *Metamorph. Fabul. 1.* Avæ Seneca *Epist. 111* ait: *Longiores, quam sunt, vitari volunt. Quilibet, hui videtur, fastigio dignitatum, posse addere ad staturam suam cubitum unum. Indignis dignitates gratæ sunt, non magnitudo; quibus vel scipulo cæspitans præcipitatur homo. Patreat, quam cæcus inest vitij huiusmodi amor.*

DIDASCALIA X.

Deus non nocet, sed medietur specie nocendi.

1 Stoicus Cordubensis profert lib. 1. de Ira cap. 5. Verè haud sapientia huius mundi infatuus agnovit: quid non diceret, si incerta & occulta divinæ sapientie cognovisset? Ne: *ulla dura videtur curatio (inquit) cuius salutarius effectus est: quandoquidem vel dium cruciatum procedit in optimam valetudinem: unde licet per mala, malorum excusio à prudenti nequaquam iudicabitur perperis, sed adulatio: etenim fallidit perperam voluntatem, quod voluntati blandimentum. Auctor cladis solatium est. Solatium ex proposito. Quid enim mali, vel in ipso mortalibus quibus evenire de celo? Non corripit, ut corripit; sed ut corrigat. Si placet hoc, mirumque, quid tua fulmina cessant*

Summe Deum! Licet peritura viribus ignis, Igne perire tuo, clademque auctore levare. Dixit flagrans Tellus apud Ovidium lib. 2. Metam. Fab. 1. Idemque tactus exilio, tantquam tactus de celo lib. 5. *Trist. Eleg. 3.* exclamavit ad Cæcæm, pœna auctorem: *Tom. II. Taut.*

Quod petimus pœna est, neque enim miser esse recusat. Sed præcor, ut possim tuius esse miser. Verum unde & quomodo in afflictione tuius? Si percutit Deus. Miserram solatur fortiter percutientis dextra, etiam dum vulnera exulcerat: igitur non nocet, dum irascitur; sed ne nocent, nocendi specie vulnerato medetur.

2 Prævaricati sunt (contrarium magis novum, quippe errantibus corde, non errate prodigium) filij Israël, qui quidem sustinuerunt captivitatem sub Nabuchodonosor, Postliminio ergo sub Xerxe, Nabuchi prisci insignito cognomine (ad Sanctium in Luidith. Prologom. 4. & 5.) factum fuit bellum gladio & igni, Principæ exercituum Holoterne: qui expugnaturus pugnacem, ita milite clausi Bethuliam urbem ut fractis aquaductibus fontium (nil obtestis nocuus excogitare poterat, quam queis placare Deum, obturare aquaductus lachrymarum) pressis angustiis sitis, dedere voluntati superbissimi ducis. Dececerunt igitur aqueductus fontium, sed non atterunt angulum limum: siquidem cum lachrymæ sint compedes procedentis in vindictam; ut viverent, & simul biberent, contingunt ad lachrymam. Unde dixerunt: *Iniquitatem fecimus: tu quis pius es, miserere nostri: aut in tuo flagello vindicæ iniquitates nostras*. Celeberris profecto ac nova oratio supplicum! Quæ debebat dare, vexatio subtraxit penè intellectum. Quia pius, ut misereatur, vel flagellet! Uti que. Haud oppositum iudicetur flagellare, & misereri: etenim peccationum planè acerbæ amaritudines oriuntur plerumque è fonte miserationis.

3 Quia pius, in tuo flagello vindicæ. Quia pius ignoscit, quia iustus erimina punit: & in expositione gravitatis doloris, flagellum optant dirigi à dextra pietatis; quoniam maius, acrisque sceleratis tormentum, ubi iustitia pietas furripit gladium. Verum de hoc abundè 6. *Didasc. dixi*. Alia rimor. *Quia pius in tuo flagello*. Nonquam enim in peccatores magis commoveretur bilis, quam cum misericordie recordaris: & pessimus irate pietatis acerbissimum flagellum, ne incidamus in miserationes hominum; quippe quam miserator præstas adhuc in pietatis ira, hominum misericordia.

4 In tuo flagello vindicæ. Scit populus, Dei manum quam gravem? Scit, & etiam esse clementem. Optant, quòd pœna minuantur, dum inferuntur. Scit, erimina clamar in caelo lib. 5. *Trist. Eleg. 3.* ex-clamavit ad Cæcæm, pœna auctorem: *Tom. II. Taut.*

Idem.

Iudith 7. 19. 20

Sape acerbiter sunt signa divina miserationis.

Pietas irata timentada.

Scit Dei benignior bonum miser cordis.

Etiam dum ulciscitur, fragilitati comparatur.

a. Reg. 24. 14.

Et quiescit ab ira.

Et minime irascitur.

Et in ira creditur, ut convertat peccata.

Rab. Mos.

Exod. 33. 4. Absentia Dei, excremum epulum.

mine, satis fiat aliquatenus iniuria: & orat populus in amaro urbis conspectu, iniquitates vindicari Dei exaudientis flagello; quoniam etiam dum crimina ulciscitur, peccatulentium; ac infirmitatibus miseratione comparatur. Haud eligeret David manum Domini gravem; ni praefereret vel in flagello pietatis indolem. Iustitia urget, ut sumat pro vindicta flagellum, pietas vinciens suspendit offensa brachium: nihilominus tamen quoniam benignitatem agnoscunt, cladem auctore levare cupiunt: non reculant; miseros esse; sed per alium miseros fieri: igitur ipse arcens vibratum reprimit fulmen, dum quem percussit, videt pro dolore lachrymantem. *In tuo flagello*, quia das lachrymas in mensura, cum homines offensos nulla reprimat lachryma, imò magis quasi furens in subactos debacchetur, ubi corda per oculos liquefiunt. *In tuo flagello*: etenim si tuum, non flagellum, sed pietatis studium: *In tuo flagello*. Si non *Tuo*, in flagellantes humana corda irascuntur: *Tuo*, pro dolore lachrymantur: & suis mortificatorum lachrymis, illicio labuntur sagitta & manu potentis.

5 Denique, *In tuo flagello vindicta iniquitates nostras*, dicunt. Etiam dolor habet ingenium. Irritant iniquitates quietem Dei, & flagello comminatur, an minus ab iniquitate peccatores revocentur. Insultat peccatum, & Deus iratus suppingit ictum, intendens quòd doloribus cruciaminum, redeant in cognitionem peccatorum: ut elargiatur benignissimè gratiam, ex corde quærentibus poenitentiam. Unde licet flagellum sit grave, & plenum amaritudinis, optant, quòd ipse & non alterius verberare vindicet iniquitates; quoniam vel maxime iratus haud irascitur, ut puniat doloribus crimina, sed ut convertat cruciaminibus corda.

6 Quam gnare cognovit populus vel afflictus Ploravit, postquam adorationis Vituli penas ultori zelotypo dedit. Hinc origo crebre populi ingratitude, & illate frequenter calamitatis. Calamitatis, quia sicut exclamavit Rab. Moses Gerundensis apud Lipoman. in *Caten. hic. O Israël! Nunquam tibi accidit aliquid mali, in quo non esset aliqua uncia de iniquitate Vituli*. Ingratitude, quoniam fuderunt Vituli adorationi, simulac fuerunt libertate donati. Origo igitur planctus cogitur. Post supplicium mittere decrevit Deus præcursores Angelum: *Audiensque populus sermonem hunc pessimum, laxit*. Haud de supplicio dolet: & decretum audiens luget? Merito quidem. Quodnam acris supplicium pravitati hu-

mani cordis, quam absentia Deitatis?

7 *Luxit*. Luget vel propter commissum crimen, vel propter peccata cruciamen; verum quia ministris, qui quidem Angelus, moderatur; mestitudinem vestem cordis, exprimit trilitia vestis. Audito decreto, *nullus ex more indutus est cultu suo*. De quo huiusmodi mœstitia? In oculis liquet causa. Si lachrymantur quod patiuntur, stragem populi lachrymantur. Lachrymantur. Nulla igitur clades crudelior poterat grassari in populum, quam Republicam gubernari per ministrum: quandoquidem etiam clementis, & recti fulgeat Principis chronus, sunt ministeria & per Angelos malos. Dialecto nostra: *Aunque sean los Principes injustos, suelen ser los Ministros unos demonios*.

8 Luget populus quia Angelo Deus regimen subdelegavit, & causas cognoscendas ministro iniunxit. Non Angelus minister eius? Licet eius, quia minister, lachrymatur populus. Prælagitabat, delictuam in multis vel malitia, conditione fragilitatis. Ministri potestate severi, sunt apicum iuris, maxime si conditione superioris status. Deus cognoscit figmentum nostrum, quoniam pulvis sumus: & abunde de ministris regimine luget populus; quoniam suspicatur, penas inflendas, non ut crimina deleant, sed de cruciamine doleant. In regimine Dei non intenditur deleri homines, sed hominum iniquitates: quandoquidem vel dum correptione irascitur, fatagit emendare, errata expungere, non delinquentes corripere.

9 Etiam ubi iuste indignatur, insitè ingenium misericordie dignoscitur. *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra* (Malitia, quoniam à fonte voluntatis, non à fragilitate conditionis: *Multa*, quia tot indulgentis & crescebat audacia, & languebat clementia) *Delebo, inquit, hominem, quem creavi, à facie terra*. Quia malitia erat, & multa, adhibentur flagella: ergo flagella præparantur, ne sit malitia. Pater iustitia ab amore, etenim non destruit hominem, sed hominis crimen. Si autem malitia procedit longius, & morti peccator quærit, moriatur, destinetur morti. *Interim misericordie genus est, occidere*: ait Seneca lib. 1. de Ira cap. 16. Ideo Deus decrevit delere hominem; sed tantum à facie terræ, ut salvarentur animæ: igitur cum non delet, ut delet; sed ut doloribus corrigat, atque amaritudine mortis repar detestatio criminis; clemens homines destinavit in mortem, quia ni perirent, perirent.

10 Ecce discrimen inter peccata illatam ab homine, & ab indignatione divine iu-

Ibid.

Minister semper in re imine falsus.

Supplicium inferenda in dolore non ut doceant, sed ut criminis punitio delectant.

Genes. 6. 7. Iustitia reus non deponit hominem, sed hominis crimina.

Pena adhibetur loco remedij, non vindicta.

Psal. 41. 11.

Sed in somnium respicienda.

Et si minus tribulantur, sunt peccatorum compositi.

S. Benedict.

iustitiz. Ab hac, omne peccati genus adhibetur loco remedij: ab illo, loco vindicta: quippe in homines concipitur odium, nullatenus in delictum; cum in inimicos iustitia Dei non dirigit, sed in crimina, quæ fecerunt inimicos. *Procedam in tribunal* (ubi dudum dicit Seneca) *non furens, nec infestus, sed vultu legis sine ira, eo vultu, animoque, quo serpentes & animalia venenata percussio*. Bonus iudex damnat improbanda, non odit. Hinc exitus iustitiz in utroque distinctio, igitur pena illic oritur ex odio, sed hic studio obsequio.

11 *Qui tribulant me inimici mei*, querulos clamat David, *exprobraverunt mihi fiduciam*, videntes in me celi quasi commotam iustitiam. Quem percussit, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum addiderunt, dicentes propter commissa peccata, Persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Perpende: *Tribulant me inimici mei*. Ad quid si tribulant, exprimit tribulantes inimicos & suos; dum non sit tribulatio per amicos? Fit etiam: & sepe ex continuatione inimiciorum necessitudinis, nascitur medietate intentum tribulationis; ut amplectentes trilitiam, trissentur ad poenitentiam: igitur cum amicitia intendat in amici utilitatem; construit aliquando, ut peccator respiciat, tribulationem: unde in se reverlus, recognoscit mentis compos, tribulationem esse missam non per inimicos suos. Descendit zelus uti aquila ruscici, ut vas pestiferum frangat, & haustu morteni ne bibat: etenim si indulgeret sciens voluptati, traderet neci; & mavult inferre brevem amaritudinem, quam videre amicum superare maiorem.

Ceterum unde isti grati, & illi iudicantur tribulantes inimici? Iam dicit: *Tribulant me*. Alij *Persequuntur me*. Non noxam, venenum cordis, sed me persequantur tribulantes. Amici tribulant me, ut excutiant à me iniquitatem, peccatoris columbum. Inimici me tribulant, duntaxat ut tribulent, & persequantur. Alij peccatum in me. Alij me, sed non peccatum, quo cor magis incitatur, unde terretur. Omnes tribulant me, aliter tamen & aliter: ex quo patet, an amici, an inimici. Amici, quippe medentur vulneri specie fieti nocendi. Inimici, quia tribulatione tantum persequuntur hominem, & non inimicum crimen. Quam feliciter de Prædici iudice, & vindice S. P. N. & Dux Monachorum, *Regul. S. cap. 64. Oderit vitia, diligit fratres*. Imprudentes non discernunt inter commissum crimen, & delinquentem: quapropter destrunt hominem,

non considerantes fratrem: ac consultò commendat, quòd amorem in fratres, & odium in vitia dirigant; siquidem illic delinquens oderit respicientia peccata, si viderit excitatam duntaxat perfectionem in crimina. Ideo cap. 28. Medico similem desiderat Prædicem. *Abbas faciat, quòd sapiens medicus*: ait. Apposuit: medicus non furit in agrotantem, sed in agrotidinem; & Abbas si in odio vitiorum diligit fratres, amore fratres liberabuntur à vitijs.

12 Substituit animo Regis prævaricatoris imitanda poenitudo. Fracto igitur corde, furenti divine iustitiz dixit: *Ne simul perdas me cum iniquitatibus meis*. Sacramentis plena sunt verba, ut de clementia Dei, & propria contritione latentur compuncta corda. Intentum divine iustitiz fulminantis vivide exprimitur, ac in iniquitates, & non in iniquos odium; quippe non peribunt homines, si pereunt iniquitates. Bellum iudicatur crimini, non peccatori, & si involvit peccator, tantum expugnatur propter crimen: unde qui expertus fuerat digladiantem iustitiam (ut homines etiam amplectantur poenitentiam) monet disjungit à sceleribus; ne cum iudex irascitur, pereant cum iniquitatibus.

13 Clareat ergo auctoritatis acumen. Inter corda & crimina sit voluntate coniungitur. Hinc Apostolus Iacobus inquit: *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illeceus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem*. Huiusmodi in contiguo intendi Dei iustitia contrahentium divorcium, vel utriusque interitum; quia non venit pacem mittere, sed gladium: siquidem cum ex ore iure dirimitur matrimonium. Pugnatur, ut respiciat, & pellicem voluntatis peccus expellat, averfians amoris philerum totus orbis cataphractus contra insensatum, sepiens viam iniquitatis spinis, & ubi fons fecerat voluntatis. Cor quod vulpam defendit, bellum cum iustitia habet: quam culpam nisi expulerit, homo profectò peribit. Insultat homo blâdime noxæ alleceus, & etiam insultat iustitia gladius. Resistit: resistit etiam, & percussit: quo commotus, dolore pertingent & usque ad animam; excutit & peccatore culpam. Perdit, ne omnino pereat nocet, ne nocet: cognoscit aspiciem, quam deperibat illicem: gladium recondit iustitiz: ac divina clementia; ut rutiler gratia, & pateat in indignatione amor, qui videbatur furor) si homo dimittit peccatum, & dirimitur consortium; cessat undequaque bellum.

14 Proin patet in pissimo indice amor

Odiūm in iniquitates, & misericordie in delinquentibus.

Oratio Manali.

Ut illa est non illi peccant.

Iacob. 1. 14.

Cessat in bonum, cum bellum, dum dimittit peccatum.

vindicis, fed medicus igitur ferro & igni confiringit hominem vel furentem, ut expellat, qua turc iniquitatem. Si nos perdere tentaret, de iniquitate haud follicitus effer: imò vocaret auxiliatricem, ut praefocaret hominem. Odit vitia, non homines odit, quos sine vitio fecit: unde percutit, ut vivant sicut creavit. Non letatur in perditione vivorum. Pereunt homines blandicijis iniquitatum, quae aspidum adinftar, quem interficiunt, suffocant. Aegre fert amor Auctoris, huius miraculi opificis, quod venenata sint corda, & langueat anima, impellente in perditionem adamatam iniquitate, dum vult Conditor omnes homines salvos fieri. Unde in obsequium sui, quia hominum (quin ex hominibus & quae perfolvarit obsequium) insfrante clementia, & charitatis flamma, amore vehementi, gladio ancipite iustitiae perdit perfectione, quod nocebat animae. O summa bonitas! Tantum expulsa cognoscitur, quam mala noxa. Foris homo, dum avellitur culpa, & beneficium cognoscit, dum sine veneno quiescit. Durum videbatur divorcium delectabilem, & frustrata appetitus crudelem vocabat medicum: sed expertus homo gratia Dei incundissimi oneris, amarissime potius volupratis, quem blaphemabat dirum ob perfectionem, ob dolores in illa plaudit clementem.

15 Recole quod miraberis Ieremias trisulis solatium, & nobis in afflictione positus documentum. Duplici incauto obvia hominibus tribulatio: vel ut meritum crescat, vel ut demeritum diluat. De primo egregie, luculenter & compe vel Technicus de Provid. cap. 5. & 6. ait: Ignis aurum probat, miseria fortes. Vide quam alio ascendere debeat virtus (instar aquae fontis) extollitur, quod deprimitur) scies illi non per secura vadendum. Omnia mala ab illis Deus removet, scelera, & flagitia, & cogitationes improbas, & avida consilia, & libidinem caecum. Ipsos tuetur, & vindicat. Haec Seneca vocans perfectionem & molestiam, Bonorum virorum sarcinam. Iuxta Bernardi & veritatis mentem, arbitror sane fortunam. Portante (ait super Psalm. Qui habitat. cap. 7. num. 3.) Christum in corpore vestro, onus delectabile suae pondus sarcinae salutarem, etiam si premere aliquando forte videtur, omnino feliciter. At de hoc laet hic Tautol. 3. Didasc. 1. & 2. ubi perspicue videbitur, Quare via impiorum prosperatur?

16 De secundo proposito perfectionis, ita Vates alloquitur Idamziam. Gaudet & letare filia Edom, quae habitas in terra Hui: ad te quoque perveniet calix. Sentium

literalem, quem arbitror per sarcasum; haud disputo: sed inquirendum est modò, cur invitet molus ad gaudium exultatione gaudentem, ac etiam oblitam persecutionem? Quomodò potest studere laxationi voluptatis, cui minatur acerbum calicem perfectionis? Ille facta strage moeret, quia cor de tribulatione dolet, & Edom eadem tribulatione gaudebit? Utique. Perfectionem Deus immittit, non ut perfectos persequatur, sed ut perfectione ad rationem revocentur. Si amaritudine descenderet in corda hominum propter amaritudinem, producere debbat perfectio mœrorem: & provocat felicitate gaudentem ad aliud gaudium, ex tristitia nascens calicis tribulationum; quoniam perfectionibus caelum haud intendit in cruciamine cruciamentum, sed hominum ab erroribus penitentiam conversionem.

17 Calix itaque non praclarus, sed amarus, quem haultura citò reluctanter Idamza (quoniam saevè indignationis non erat exinanita) inclinandas ex ludra in illam, eadem rigoris benignitate; ut dicerent patriter omnes peccatores terra. Iam ebria absynthio biberat Ierusalem: potatura etiam Edom, ut gauderet valetudine, quam obtinerat illa perfectione: igitur sicut medicato potu praevalet corpus, perfectionis calice purgatur animus: quem serbò invitatur gaudium Vates, quantumvis calix plenus sit amaritudinis: quippe quantum si verè sapit, gridebit; cum viderit venenum perfectione expulsum, non aliter renovendum. Haud separat, quo gaudemus; sed quo ploramus; & minime parer argumentum maestitudinis, expulso mira fastidioso doloris. Gaude, quoniam ad te quoque perveniet calix: igitur non removebit quae merito placeat, sed quae non tantum cordi, verum animae nocenti; & removeat quavis dolore toxicum, non est dolor, sed obsequium. Iniquitates, quae extrema mala, petunt extrema remedia. Unde ut purgemur, in nobis non erit calix amaritudinis, si separantur à nobis: siquidem penes amor haud sollicitat poenam, sed perfecturum gloriam; quam minime felicissimi obtinerent, nisi defectus carnis perfectiones consumerent.

18 Retorquere iure possumus, quod post tot perfectiones, igne laetis in altra, dixit Alcides, apud Tragicum in sua Hercule. Oetao Act. ult. v. 1950. Non me rigentis stagna Coxyti tenent, Non puppis umbras, serua transfixit meas. Iam parce mater quosibus: Manis semel Umbraeque vidi. Quicquid in nobis tui

Supplia- cium e celo non eruciamen, sed boni num con versio nima.

Remo- vii ca- aium.

Et expe- liere ve- nentibus.

19 Audiatur Iobus. Si flagellat, occidat semel, & non de peccato innocentium rideat. Impete cervicem irangat; verum oia quae conerit, lenè minime confringat: etenim lumina pena, doloribus mortem amplecti, ac in poenam ampliozem fugere mortem. Cur ita queritur, qui in totam ita loquitur? Pende: Ego ille quondam opulens repente contritus sum. Tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum, circumdedit me lanceis suis, convulnerat lumbos meos, non peperit, & effudit in terra viscera mea. Quid amplius? Consilium me vulnere super vulnus. De geminato queritur vulnere, dum mori optabas repente. Haec est querimonia? Quia vulnere super vulnus conficitur, vulnerato non peperit? Fallitur humana maxime in corpore facio mens, cum amor cogitet in demonstrationem plus. Quoties peccatorem in morbo ne flagellet, diu flagellet; nec semel occidit, ne semel occidat! Premit arcè dolorum funiculos ad cruciamentum; ut clareat infirmitas non ad mortem in morte, sed ad salutem.

20 Ingenium amoris perferretur. Vulnus amoris olim habuit emblema lanceam Achillis. Quo intelligitur illud Publij Syri: Amoris vulnus idem qui sanat, facit. De illa fictum, ob sanitatem Telephi Myrsorum regis, quem victum, orantemque receit, vulnere vulnus sanare. Unde Propertius lib. 2. Eleg. 1. canit; Messus Oeomonia iuvenis qua cuspside vulnus

Qua ar- tet

Exod. 3. 2.

Deus quos diligit, corrumpit.

Iob. 9. 23.

Ibid. c. 16. 11.

V. 15.

Mortificat, ut vivifi- cet.

Pub. Sre. Lancea Achillis virtus.

Pro- pceit.

Senec.

Moz.

Mortale fuerat, ignis micellai tulit. Paterna caelo pars data est, flammis tua. Virtus in astra tendit.

Vide etiam Ovidium lib. 9. Metam. Fabul. 4. Deturpata erat in lino Asbelitino anima, individuitate corporis, pulchra imago Deitatis: per virtutem ignis pulchrior apparuit, sordibus tantum exiit: & data nannis, quae ex mundo; pars quae caelestis, faulste redita caelo. Apparuit misericordia Dei, ut nancisceretur populus libertatem; ac pro insignibus clementie elegit rubum & ignem. Apparuit in flamma ignis de medio rubi. Nil supra. Clementior ergo apparer, dum corda torret, & stimulis pungit. Mortificat, ut vivificet: igitur ferro & igni, qui captivus liberatur a tyraanide. O Domine! hic ure, hic seca, hic non parcas; ut in aeternum parcas; & discam bene vivere vel senex, vel noles, vel indignans. Excita iram, imò excita clementiam, cum vel pressus nemo de te possit habere iustam querimoniam.

19 Audiatur Iobus. Si flagellat, occidat semel, & non de peccato innocentium rideat. Impete cervicem irangat; verum oia quae conerit, lenè minime confringat: etenim lumina pena, doloribus mortem amplecti, ac in poenam ampliozem fugere mortem. Cur ita queritur, qui in totam ita loquitur? Pende: Ego ille quondam opulens repente contritus sum. Tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum, circumdedit me lanceis suis, convulnerat lumbos meos, non peperit, & effudit in terra viscera mea. Quid amplius? Consilium me vulnere super vulnus. De geminato queritur vulnere, dum mori optabas repente. Haec est querimonia? Quia vulnere super vulnus conficitur, vulnerato non peperit? Fallitur humana maxime in corpore facio mens, cum amor cogitet in demonstrationem plus. Quoties peccatorem in morbo ne flagellet, diu flagellet; nec semel occidit, ne semel occidat! Premit arcè dolorum funiculos ad cruciamentum; ut clareat infirmitas non ad mortem in morte, sed ad salutem.

20 Ingenium amoris perferretur. Vulnus amoris olim habuit emblema lanceam Achillis. Quo intelligitur illud Publij Syri: Amoris vulnus idem qui sanat, facit. De illa fictum, ob sanitatem Telephi Myrsorum regis, quem victum, orantemque receit, vulnere vulnus sanare. Unde Propertius lib. 2. Eleg. 1. canit; Messus Oeomonia iuvenis qua cuspside vulnus

Senferat, hoc ipsa cuspside sensit opem. Nos aliqua videmus Tom. 1. Tautolog. 1. Didasc. 10. num. 3. & Ovidius pluribus in locis illius meminit: lib. 1. de Pontico Eleg. 2. vers. 28. Metamorph. lib. 13. Fabul. 1. Trist. lib. 1. Eleg. 1. vers. 99. & aptius proposito lib. 5. Eleg. 2. vers. 9. ut inveniret in Caesare medicinam, per quem exilij patiebatur poenam, eleganter luceat: Telephus aeterna consumptus tate perisset, Si non, quae nocuit, dextra tulisset opem. Et mea, si facinus nullum commissimus, opto Vulnera qui fecit, facta levare velit.

Modò ergo intento. Iobus optabat ob doloris acrimoniam, in unico vulnere vulnus, non vulneris medicinam; igitur semel percussus periret semel, quia semel percussus caderet. Deus haud in vulnere sollicitabat mortem, sed vulnere in siliè salutem: ubi queritur cruciamentibus peccus, conficitur acte vulnere super vulnus; quippequam si primum cordi infereret cruciamentum, secundum fereret opem. Non ad contriciones alligandas accedit iracundus, sed amantissimus animarum medicus. Queritur homo crebris petus ictibus, clamat doloribus, acrimonia dolet, gravitate fatetur; verum geminato vulnere quiescit, & excurit è pectore querimoniam; quia sanus invenit in vulnere medicinam.

21 Quot querilis vulneratur caelum! Quot verborum tagitus petit expellens malum, ac arcatur ordo prudentissimus providentiae, sub titulo falso, specioso tamen, male fortune! Non sufficit, heu! inflicta usque ad mortem poena, ut pro praeterita sufficiatur altera; ac ultima, quae videtur non sit illius consummatio, sed acrioris dispositio? Nulla lux unquam secura fulsit. Finis alterius mali gradus est futurus: Maior alius incubat maesta dolor, Alitur, & crescit malum, & ardet intus. Ex Tragædo tum in Hercule. Eurent. Act. 2. vers. 206. cum in Hippol. Act. 2. vers. 98. Venias levia fortuna, si sine comite venias. Ac vulnus in anima, & non tantum in membra, sed vulnera super vulnera! Proh dolor! Posuit caelum pectus sagitarum & fulminum scopum. Num maius malum! O fatui mortales dolorum artifices, & amici languoris! Piget, quod exeat morbus? Doler, de quo gaudet pectus? Gaudete, dum vulneramini: igitur per ostia vulnerum fummis doloribus exit materia dolorum. Posuit me quasi signum. Ita ab amore figitur cor obduratum. Audi Othonem Vatum Emblem. 77. Amor.

Senec.

Per vul- nus inflit- tum, exit pe- ctoris venen- bus.

V. 15.

Ovide

Deus de- iore fa- vet.

Et homo dolore praecor- let.

Querele hominù de fortuna, & ca. na.

Senec.

Hic

Hic scopus est, cunctas huc verte Cupido sagittas.

Uth. Nam patet in vulnus pectus inerte meum. Van. Non tot icantus Tityo dat vulnera vultus. Quot tua visceribus tela dedere meis.

Tribulatio patet tribulantis dilectio. Vivide. Qui se fatetur irarum scopum, patet iam amoris signum: etenim exprimit pectoris flagrantis flammam, ubi dilectum exponit quasi signum ad sagittam.

22 Qui quondam opulentus, eget: & ita degit, quod amplius urget: siquidem erefuit calamitas, si semel decreverit visa felicitas. Usque ad viscera dolor pangit: & quia caelum ita pupugit, vulnecato non perperit? Fecit & aprime. Pectus mortale ridendo bibit venenum, quod voluptuose serpit per latitudinem viscerum; quod quidem ni expellatur (licet inferat cruciamentum) perdet lubido languentem. Medicus porrigit calicem amaritudinis, ut languentes potet vino compunctiois. Dolet aeger, verum medicus insulfit: & dolens vomit venena, dum effundit ipso medicamine viscera. Non parceret medicus, si peperisset: sed parcit, quia non indulget: siquidem si doloribus parceret, proculdubio aeger desperatus periret.

23 Sic multoties Deus iustos aliqua imperfectione maculatos reddidit tribulationibus puros, & per ministros Angelos, fabros ferreos malleo, in eade, lima; ut praeter sine imperfectione virtutis forma. Aliquando utitur ministris, tanquam fabri signarijs. Verum quare? Homo, qui Dei imago, & similitudo, delet ab imagine similitudinem, per deformantem animam, turpem iniquitatem. Patuit foris in Nabucho, intus in Adamo. Hic cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus. Ille uti monstrum ciectus est ab hominibus. Quid faciendum, ut huiusmodi imagini, homini lapsa, restitatur amissa similitudo? Quod cogitat statuarius de materia, ut formet imaginem; operatur Deus, ut imagini restitatur similitudinem. Secat opifex lignum, icu proicit, unde ex alto & erecto subito ruit: in secuti & ascia cadit, deformitatem abscindit, collineat, dolat, complanat, laevigat, & tundit quousque perficiat. Omnia icibus consummanda, quoniam aliter truncus non habet formam. Feliciter Statua apposita epigrapha, Dant vulnera vitam: apud Picinell. in Mand. Symbol. lib. 16. cap. 18. n. 187. igitur sicut recipit simulachrum a vulnere formam, ita crebris icibus anima redit ad gratiam: tunditurque corpus in quo relicta

Deus tribulatione purgatus & non parcit ut parcat.

Vulnera ligno dat nobilitatem formam.

Picinell.

imago, quousque animae per gratiam habet reat similitudo.

24 Peccavit David, quod reges facienti penituit, quod reges non facienti. Tactus igitur dolore cordis, & punctione iniquitatis, offensa terrebello, quia peccavit Dominus: lachrymis elinguis, & eloquentibus ab offenso effragiat non tantum misericordiam, sed magnam. Secundam magnam misericordiam: ait. Qui petit, accipit: qui querit, invenit: igitur illic ut confessus est delictum, Dominus transiit gratias peccatum. Remisit culpam, quoniam non vult mortem peccatoris; sed non penam; quia custos integerrimus legis. Intende in calamitates post confessa peccata, ut dicas, quid facerent non confessa. Tundit primo denuncians: Filius qui natus est tibi, morte morietur. Non quiescit ira: Non recet gladius de domo tua. Adhuc flagellat: Tollam uxores tuas. Alcis vulnerat: In oculis tuis. Haud alienus deturpabit honorem in regia: Suscitabo super te malum de domo tua. Nec rot mala frangunt iram? Haudquaquam. Ille nequam, quia improbus, & in tuum propidium natus, Dormit cum uxoribus tuis in conspectu Salis huius. Restant adhuc icibus? Restant & graviores. Filium tuum fugies, exul ab urbe egredieris. Si in gratiam Dei iam revocatur penitens, ad quid rot calamitates? Si lachrymis ira compefcitur, cur ira irascitur? Si pius, clemens, & benignus Dominus, & in miserationibus magnus; quo intuitu in penitentem corde commovet iram? Secundam magnam clementiam. His statuis dant vulnera formam. Absterat in Davide commissum crimen imaginis perfectionem, & pulchram Deitatis similitudinem. Obumbraverat nubecula culpa totum splendorem gratiae. Scatua muta iacebat, & deturpata fulgine voluptatum. Quid agendum? Peribit opus? Teretur cum opera tempus? Desperandum? Nullo modo. Restituetur imagini cum gratia similitudo, & floebit pulchre sculpta, collata formae, sed aptanda est vulneribus, ut carcat criminibus: igitur labores cum conferant doloribus formam; secundum magnam clementiam (ut praesent in caelo elaborata imagines) multiplicat Deus etiam e corde convertis amaritudines. Si parceret in hoc saculo, magis ac magis premeret in futuro. Alia dicemus loco cit. Tautol. 3. Didasc. 2. ut condat claris, Demm pensat uti quasi medicamine; cum non nocet, sed medeatur hominibus, vel ipsa specie nocendi.

Psalm. 50. 2.

Quid Proas Dei clemential

2. Reg. 11. v. 10.

Magna Dei clementia, non parcere de- iniquis: sed in hac misera vita.

Psalm. 50. 2.

Quid Proas Dei clemential

2. Reg. 11. v. 10.

Magna Dei clementia, non parcere de- iniquis: sed in hac misera vita.

Magna Dei clementia, non parcere de- iniquis: sed in hac misera vita.

TAUTOLOGIA

SECUNDA.

ERAT AUTEM SARAI STERILIS, nec habebat liberos.

Genes. 11. v. 30.

EXPOSITIO LITERAE.

DE Sterilitate & Fecunditate Pleonastica seges occurrit. Contraria opting collatione cognoscuntur: ait Franc. Petrarca in Praefat. lib. 2. de Remedia. utr. fort. Ita ergo nobis de utraque in praesentiarum sermo, ut magis eluceat oppositis expositio. Eximia pulchritudinis infecunditas nonnunquam comes; ut patet in Sara, Rebecca, Rachele, aliisque Scripturae feminis, notatis & fama & forma. Causas videris apud Nicol. Nancelium in Analog. Mier. ad Maer. pluribus in locis. Atilior. de Histor. Animal. lib. 20. cap. 1. & Albertum Magn. de Animal. lib. 10. tract. 1. cap. 1. Congruum quippe, ut femina, viri socia (qua neque specie, ardet sibi optima fecunditate. Unde cuieni nulla in iram vaso corpore micafalis, illa providet sapiat in filijs; ut qui de inelegantia coniugis mortis, fecunditate hilaris, paternitate laetus dicat sponsus: Nulla adnus tales inquam contexit amores. Uti canit Catullus in Nuptijs Pelei & Thetidis, v. 333. Ita Jacobum oblectabant steriles Rachel, sed speciosa; & Lia inelegans, sed fecunda.

2 Proles iore dicitur utriusque parentis nexus. Ita Quintilianus Declamat. 1. & Trajicus in Herc. Octav. Act. 2. v. 407. Conciliat animos coniugum partus feret. Retorquere quimus in feminas illud Iuvenalis Satyr. 2. v. 138. Interea tormentum ingens nubentibus haeret, Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos. Non prodest agili palmas praebere Luperca.

De quo videas Varronem lib. 4. de Ling. Latin. Servium in illud Virgilij lib. 8. Aeneid. v. 667. Nudosque Luperos. Plutarch. in Caesar. & Ovid. lib. Pastor. Cautam huiusmodi aviditatis in feminis innuit Claudianus lib. 1. in Eutropium v. 72. Femina cum senuit, retinet comabia partu, Vexorisque decus matris reverentia pensat.

Igitur cum plerique perpendant uxoris pulchritudinem, & non uxorem (iuxta illud Iuvenal. Satyr. 6. v. 142. Si verum excutias, fauces non uxor anatur. Quod illas minime laet, cum illa alia apud Terentium in Heauton. Act. 2. Scen. 4. v. 9. dicat: Quippe forma impulsu nostra nos amatores coluit: Haec ubi inminuta est, illi suam animum alio conferunt.)

Si defloret oris gratia, ut pignore nitatur ullo dilapsus amor cum forma, prolis desiderant vincia. Hinc earum quettus & lachrymae, ut pro speciositate, viri oculorum & animi pelleritice (quam esto ingratis, cogitant pro tempore fuisse mutatam, in tempore periclitam; remanereque coniugem, & nequaquam venustatem, nec speciei venustioris speciem, sed faciem omnino rugosam) sufficiant matris in senectute optabilem reverentiam. Una pulchriorum, cui in ampliore commendationem, huiusmodi contigit fors sinistra, fuit inignis ac spectatissima Sara, de qua Moyses dixit: Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.

3 Haud difficilis Tautologiae expositio per, Aetiologiam, Aetiologiam, qua prima periodus est secundae casualis. Sensus tunc erit: Sarai non habebat liberos, quoniam sterilis erat: sicut Luc. 1. 7. de Zacharia & Elisabeth dicitur: Non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis. & ambo procreassent in diebus suis. Duplex Elisabeth inerat causa sterilitatis, & quod tunc senex, & quod vel iuvenula sterilis erat. Idem dicitur de Sara, Genes. 18. 11. Tom. II. Taut.

Petrarchi.

Fecunditas is deformitas, & pulchritudinis ferri comit in fecunditate.

Catulli.

Senecae.

Iuvenalis.

Femina retinet mariti: vel prole vel pulchritudine. Claudianus.

Iuvenalis. Terentii.

Cur de sterilitate querantur.

Expositio prima. Luc.

Genes. ubi.